Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Ierusalem surge et sta in excelso et vide iocunditatem que veniet
tibi a deo tuo V. Leva in circuitu oculos tuos et vide et contemplare
iocunditatem. In 2o no an Nox precessit. vers. Lectio v
Cantabo nunc dilecto meo canticum patruelis mei vinee
sue. Vinea facta est dilecto meo in cornu filii olei et
sepsit eam et lapides elegit ex illa et plantavit eam electam et edi-
ficavit turrim in medio eius et torcular extruxit in ea et exper-
tavit ut faceret uvam et fecit labruscam. Tu. R. Civitas ierusalem
noli timere flere quoniam doluit dominus super te. Et auferet a te omnem
tribulacionem V. Ecce in fortitudine veniet et brachium eius dominabitur. Et.
Nunc ergo habitatores ierusalem et viri iuda iudicate inter Lectio vi
me et vineam meam. Et quid est quod debui facere vinee mee et non
feci ei an quod expectavi ut faceret uvas et fecit labruscas
Et nunc ostendam vobis quid ego faciam vinee mee. Tu. R.
Ecce veniet dominus protector noster sanctus israel. Coronam regni habens in capi-
te suo V. Et dominator dominus cum virtute veniet. Coronam. Lectio vii
Auferam sepem eius et erit in conculcationem. Non putabitur neque
fodietur et ascendent et ponam desertam vepres super eam et
spine in nubibus mandabo ne pluant super eam ymbrem. Vinea
enim domini exercituum domus israel est et viri iuda germen delectabile. Tu.
Sicut mater consolatur filios suos ita consolabor vos dicit dominus R.
et de ierusalem civitate quam elegi veniet vobis auxilium. Et videbitis et
gaudebit cor vestrum V. Deus a lybano veniet et sanctus de monte um-
broso. Et vide In 3o no an Hora est. vers. Secundum lucam
In illo tempore dixit dominus iesus discipulis suis. Erunt signa in sole et luna et in stellis
et in terris pressura gencium. Omelia b. Gregorii pape de e.
Dominus ac redemptor noster paratos nos invenire desiderans se-
nescentem mundum que mala sequuntur denunciat ut nos ab eius
amore compescat. Tu. R. Ierusalem plantabis vineam in montibus